in campum ex c. d.[1] | pecunia sociorum | campi faciundum | coeravere eidemq. | probavere. *(In latere)* extra | maceria | in agrum | pr[*e*]cario[2].

5393ª L. Fistanus L. f., | [*L.*] Tettaienus L. f. | Barcha, | IIvir., | iter in campum ex c. d.[1] | [*p*]equnia sociorum | campi faciundum | coeravere eidemq. | probavere. *(In latere)* extra | maceria | in agrum | precar[*io*].

Interamniae (Teramo) Praetuttianorum (IX 5076 ex codicibus saeculi XV; Notizie degli scavi 1893 p. 352 vidit Barnabei). — 1) *Conscriptorum decreto.* — 2) praecario *traditur.*

5394 compitum ex saxo fecere.

Aquileiae (V 844 bis descripta saec. XIX).

5395 [*Postu*]mus[1] Plotius M. f. quarto[2], | A. Genucius A. f. iter. duoviri, | locum dederunt compiti aedificandi; | C. Cartilius C. f. Poplicol. duovir VII[3], | cens. III, compitum transtulit; | D. Caecilius D. D. l. Nicia medicus, | L. Marcius L. l. Stephanus, | P. Naevius P. l. Heraclida | mag. vici maceriem | et columnam de suo fecerunt; | C. Cartilius C. l. Hera ....

Ostiae (Notizie degli scavi 1892 p. 162). — 1) *Supplementum non certum.* — 2) *Scilicet quarto duovir* (Quartio *non recte editum esse Notizie l. c. testatur Gatti).* — 3) *Fortasse idem Cartilius, duoviratu septies functus, memoratur XIV 315.*

Ad compitorum refectiones pertinent tituli supra editi N. 3610. 4052 (item V 7728. 7739 p. 1041).

5396 M. M ... lius[1] M. f., L. Turpilius L. f. duomvires de senatus | sente[*n*]tia aedem faciendam coeraverunt eisdemque probavere.

Corae loco antiquo in templo quod Herculis vulgo putatur, nunc ecclesia S. Petri (I 1149. X 6517; Ritschl tab. LXVIII c). — 1) *Nomen non certum; inter* M *et* lius *duae litterae fuerunt, quorum prior periit, altera* t *visa est Mommseno qui scalis admotis inscriptionem contulit* (Manlius *priores plerique).*

5397 L. Aninius L. f. Capra IIIIvir iter., | Apollinis aed. et circum aedem | muros d. s. p. r. c.[1]

Setiae (X 6463 vidit Mommsen). — 1) *De sua pecunia reficiunda curavit.*

5398 M. Tullius M. f. d. v. i. d. ter quinq.[1], augur, tr. mil. | á pop.[2], aedem Fortunae August. solo et peq. sua[3].

Pompeiis epistylium non aedis Fortunae, sed aediculae intra hanc aedem extructae (X 820 vidit Mommsen). — 1) *Duovir iure dicundo ter quinquennalis.* — 2) *Cf. supra N. 2677 not. 1.* — 3) *Quomodo factum sit ut titulus qui ad ipsam aedem pertineat incisus sit in fronte aediculae interioris, quaesierunt Schoene et Nissen in huius studiis Pompeianis p. 179 seq. et Mau Roem. Mitth. 1896 p. 282; cf. etiam Iordan Herm. 14, 1879 p. 574.*

5398ª M. Tulli M. f. | area privata.

Pompeiis iuxta aedem Fortunae in semita angusta, quae est inter eam aedem et aedificium privatum (X 821 vidit Mommsen). — *Apparet hoc lapide M. Tullium terminare voluisse solum quod sibi retineret.*

---

archive.org